

Heisen von Merseburg, hern Vlriches von Zwem vnde andere biderfe lute. Dit is geschen zv Merseburg nach gotis geburt thusent iar zwei hundert iar in deme zwei vnde nunziegesteme iare an deme dinstage nach senthe Bartholomeus tage. Wie haben oich gebeten vnser neuen von Brandenburch, daz he durch eine gewisseit sin insiegel oich henge mit vnseme an diesen brief.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Merseburg. Von den beiden an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegeln ist das eine abhanden gekommen.

No. 23. 1293. 20. Sept.

*Heyno Knut verkauft sein Besitzrecht an der Barfussmühle und dem Naundörfchen an die Schwestern des St. Clarenordens (zu Seuslitz.) Vgl. No. 13.*

Universis in Christo fidelibus hanc litteram inspecturis Heyno Knüt salutem in domino sempiternam. Recognoscimus et tenore praesentium protestamur, quod molendinum situm iuxta murum civitatis Liptzig et villam adiacentem quae dicitur Newendorf, quam possederant dominus Johannes de Branden senior et filius eius Johannes cum omnibus attinentiis et iudiciis tam molendini quam villae, nos iam dictum molendinum et villam memoratam eodem iure per plures annos possidentes, vendidimus ecclesiae sororum ordinis sanctae Clarae cum omnium attinentium et iudiciorum pleno iure. Datum Wissnfeld anno domini MCCXCIII. XII. Kalendas Octobris. Sigillum non habuimus, ideo sigillum venerabilis dominae Elenae marchionissae praesentibus duximus apponendum.

Nach einer Abschrift auf Papier aus dem 16. Jahrhundert im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 24. 1299. 16. Nov.

*Landgraf Dietrich bekennt, die Stadt Leipzig sowie die Gerichtsstühle zu Rötha und bei der Steingrube vor Leipzig gleich seinen Vorfahren von der Merseburger Kirche zu Lehn zu tragen, an welche sie auch nach seinem kinderlosen Absterben zurückfallen sollen.*

Nos Theodericus dei gratia iunior Thuringorum lantgravius, Orientalis et Lusaciae marchio in praesentibus recognoscimus et ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam cupimus lucide pervenire, quod civitatem sive opidum Lypz cum omnibus suis iuribus et pertinentiis et duas sedes iudiciales seu iurisdictiones videlicet sedem iudicalem in Rothowe et sedem iudiciariam circa fossata eiusdem civitatis Lypz iure feudali tenemus et in feudo possidere debemus a venerabili domino nostro Mersburgensi episcopo et ab ecclesia sua Mersburgensi, quemadmodum clarae memoriae progenitores nostri ab eisdem domino episcopo et ecclesia Mersburgensi ab antiquis temporibus eodem iure quiete et libere possederunt, addiicientes et volentes quod si nos sine heredibus quod absit decedere contigerit omnia supradicta tam civitas quam sedes iudiciales cum suis pertinentiis ad iam dictum dominum episcopum et ecclesiam suam iure proprietatis redire debeant libere possidenda. Et ne